



COROLLARIA
EX VNIVERSA
M E D I C I N A.

1. Cor prae reliquis musculis maiore gaudet irritabilitate, quam partim vi nerueae, partim eius singulari fabricae attribuimus.
2. Dari plethoram in exercitatis & sobrie viuentibus, quae grauet, rationi non conuenit.
3. Actio neruorum probabilius a fluido aethereo, quam ab oscillatione deriuatur, quidquid Cl. METZGERVS capitalis fluidi neruei hostis obmoueat.
4. Consensus, quem multae partes inter se habent, nec a cellulosa, nec a vasis, nec a continuitate membranarum deriuari debet.
5. Negotium menstruationis a plethora male deducitur.
6. Certum foetus animationis tempus statui nequit.
7. Symptomata primis grauiditatis mensibus occurrentia ex abundantia sanguinis oriri negamus.
8. Remedia amara roborantibus adnumerare non dubitamus.
9. In liene sanguinem plus phlogisti acquirere, nec experientia probat, neque fuscus sanguinis color, neque effectus ab adplicato aere dephlogificato visus.

- 
10. Temperamenta, quorum cerrae classes dantur, a sanguine desumi nequeunt.
 11. In bile dari salia alcalina, RAMO credimus & RICHTERO, quibus maior in faciendis experimentis peritia.
 12. Morbus cum frigore, aestu & pulsu nunc frequentiori, nunc tardiori, febris dicitur.
 13. Dantur febres, quae sanitatem magis restituere quam destruere videntur.
 14. In curando hydropse diuretica purgantibus semper praeferenda esse, repugnat experientiae.
 15. Anni tempestates ad mutandum morbi genus multum conferunt.
 16. Apoplexia sanguinea reliquis speciebus facilius curatur.
 17. Epilepsiam etiam consensualem dari historiae morborum testantur.
 18. Falluntur, qui ad febrem generandam in humoribus praeeexistens vitium requirunt.
 19. Hypochondriacis sine materia non admittimus.
 20. Potus Caffee eam, quam illi censores quidam Catoniani inurunt, infamiam non meretur.
 21. Diuisio infarctuum Kaempfiana plus subtilitatis quam vtilitatis habet.
 22. Generalis medendi methodus in febribus non datur.
 23. Remedia vniuersalia & sana ratione & experientia teste non dantur.
 24. Frigidum regimen in morbo varioloso maximi auxilii est, cum iudicio tamen adhibendum; nec vbique conuenit.

-
25. Miliaria nonnunquam esse critica, extra omnem dubitationem positum est.
26. Etiam in febris putridis non semper eadem & constans medendi methodus adhibenda.
27. Datur apoplexia neruosa, in qua venae sectio nocet.
28. Febris biliosa non oritur a cibis in bilis similitudinem corruptis; neque cibi vnquam bilis formam recipere possunt.
29. Quae KAEMPEIUS ex aluo clysterifatorum produisse notauit concrementa, vereor, ne fuerint ipsorum enematum effecta.
30. Datur pleuritis, in qua venaesectio damno-
sa est.
31. Ex bilis vario colore varia eius corruptio male statuitur.
32. Bilis sapo est, sed animalis.
33. Non datur polycholia.
34. Ab hac oriri biliosam, male STOLEEVS. *Appharismi.*
35. Febrim neruosam, quae nullum certum caracterem habet, & medendi modum, reuicimus.
36. Angina pectoris, ineptissima appellatio, est merus pectoris rheumatismus chronicus.
37. Plethora, & crusta phlogistica non sunt indicantia V. S.
38. Quae contradicunt, rite comprehensa sunt interdum indicantia.
39. Opiu cordis vim incitat & frangit.
40. Placentae extractio interdum necessaria est.
-

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN® Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
1	2	3	4	5	6	7	8	9
10	11	12	13	14	15	16	17	18

TIFFEN® Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	M	8	9	10	11	12	13	14	15	B	17	18	19
	R		G		B		W		G		K			C		Y		M	